<sup>871</sup> El artículo 5 bis LC dispone que *1. El deudor podrá poner en conocimiento del juzgado competente para la declaración de su concurso que ha iniciado negociaciones para alcanzar un acuerdo de refinanciación o para obtener adhesiones a una propuesta anticipada de convenio en los términos previstos en esta Ley. 2. Esta comunicación podrá formularse en cualquier momento antes del vencimiento del plazo establecido en el art. 5. Formulada la comunicación antes de ese momento, no será exigible el deber de solicitar la declaración de concurso voluntario. 3. El secretario judicial, sin más trámite, procederá a dejar constancia de la comunicación presentada por el deudor. 4. Transcurridos tres meses de la comunicación al juzgado, el deudor, haya o no alcanzado un acuerdo de refinanciación o las adhesiones necesarias para la admisión a trámite de una propuesta anticipada de convenio, deberá solicitar la declaración de concurso dentro del mes hábil siguiente, a menos que no se encontrara en estado de insolvencia.*

<sup>872</sup> El artículo 91 LC crea “ex novo” estos créditos: (...) **6º Los créditos que supongan nuevos ingresos de tesorería concedidos en el marco de un acuerdo de refinanciación que reúna las condiciones previstas en el art. 71.6 y en la cuantía no reconocida como crédito contra la masa.** El subrayado es nuestro.

<sup>873</sup> En este sentido se da nueva redacción artículo 71.6 LC que expresamente dice que *no podrán ser objeto de rescisión los acuerdos de refinanciación alcanzados por el deudor, así como los negocios, actos y pagos, cualquiera que sea la forma en que se hubieren realizado, y las garantías constituidas en ejecución de tales acuerdos, cuando en virtud de éstos se proceda, al menos, a la ampliación significativa del crédito disponible o a la modificación de sus obligaciones, bien mediante prórroga de su plazo de vencimiento o el establecimiento de otras contraídas en sustitución de aquéllas, siempre que respondan a un plan de viabilidad que permita la continuidad de la actividad profesional o empresarial en el corto y medio plazo y que con anterioridad a la declaración del concurso: 1º El acuerdo*

Por lo que se refiere a los Administración concursal se pasa del órgano colegiado de 3 miembros al de un solo miembro y se exige a los mismos la especialización en Derecho Concursal, a la par que se crea la figura de las sociedades de insolvencia, que deberán estar integradas por un abogados en ejercicio y economistas, titulares mercantiles o auditores de cuentas, que puedan desarrollar con garantía e independencia la función de Administrador concursal<sup>874</sup>. En los concursos ordinarios de especial trascendencia el Juez nombrará, además del Administrador concursal previsto en el artículo 27.1 LC un *acreedor titular de créditos ordinarios o con privilegio general no garantizado de entre los que figuren en el primer tercio de mayor importe*. El artículo 27 bis delimita cuando nos encontramos ante un concurso de especial trascendencia<sup>875</sup>.

---

*haya sido suscrito por acreedores cuyos créditos representen al menos tres quintos del pasivo del deudor en la fecha de adopción del acuerdo de refinanciación. En el caso de acuerdos de grupo, el porcentaje señalado se calculará tanto en base individual, en relación con todas y cada una de las sociedades afectadas, como en base consolidada, en relación con los créditos de cada grupo o subgrupo afectados y excluyendo en ambos casos del cómputo del pasivo los préstamos y créditos concedidos por sociedades del grupo. 2º El acuerdo haya sido informado favorablemente por un experto independiente designado a su prudente arbitrio por el registrador mercantil del domicilio del deudor conforme a lo previsto en el Reglamento del Registro Mercantil. Si el acuerdo de refinanciación afectara a varias sociedades del mismo grupo, el informe podrá ser único y elaborado por un solo experto, designado por el registrador del domicilio de la sociedad dominante, si estuviera afectada por el acuerdo o en su defecto por el del domicilio de cualquiera de las sociedades del grupo. El informe del experto contendrá un juicio técnico sobre la suficiencia de la información proporcionada por el deudor, sobre el carácter razonable y realizable del plan en las condiciones definidas en el párrafo primero y sobre la proporcionalidad de las garantías conforme a condiciones normales de mercado en el momento de la firma del acuerdo. Cuando el informe contuviera reservas o limitaciones de cualquier clase, su importancia deberá ser expresamente evaluada por los firmantes del acuerdo. 3º El acuerdo haya sido formalizado en instrumento público al que se habrán unido todos los documentos que justifiquen su contenido y el cumplimiento de los requisitos anteriores.*

<sup>874</sup> El artículo 27 LC dispone: 1. *La administración concursal estará integrada por un único miembro, que deberá reunir alguna de las siguientes condiciones: 1º Ser abogado en ejercicio con cinco años de experiencia profesional efectiva en el ejercicio de la abogacía, que hubiera acreditado formación especializada en Derecho Concursal. 2º Ser economista, titulado mercantil o auditor de cuentas con cinco años de experiencia profesional, con especialización demostrable en el ámbito concursal. También podrá designarse a una persona jurídica en la que se integre, al menos, un abogado en ejercicio y un economista, titulado mercantil o auditor de cuentas, y que garantice la debida independencia y dedicación en el desarrollo de las funciones de administración concursal.*

<sup>875</sup> Disponiendo dicho artículo 27 bis que *Previa decisión motivada del juez competente para declarar el concurso, se considerarán concursos de especial trascendencia aquellos en los que concurra uno de los siguientes supuestos: 1º Que la cifra de negocio anual del concursado haya sido de cien millones de euros o superior en cualquiera de los tres ejercicios anteriores a aquél en que sea declarado el concurso; 2º Que el importe de la masa pasiva declarada por el concursado sea superior a cien millones de euros; 3º Que el número de acreedores manifestado por el concursado sea superior a mil. 4º Que el número de trabajadores sea superior a cien o lo haya sido en alguno de los tres ejercicios anteriores a la declaración del concurso. En todo caso, el juez del concurso, de oficio o a instancia de un acreedor de carácter público o de la administración concursal, en aquellos concursos en que exista una causa de interés público que así*

Con respecto a la liquidación se establece que en el informe de la Administración concursal deberá añadirse además del inventario de bienes, la lista de acreedores y la evaluación de la propuesta de convenio el plan de liquidación de conformidad con la nueva redacción del artículo 75.2 LC. Se añade un apartado al artículo 96 LC con la finalidad de finalizar la fase de convenio siempre que el número de impugnaciones no supere el 20% del pasivo. De igual forma las impugnaciones de créditos no suspenderán la fase de convenio ni la de liquidación. Se modifica el artículo 142 LC en el sentido que el deudor podrá pedir la liquidación en cualquier momento, además se faculta expresamente a la Administración concursal expresamente para pedir la liquidación cuando se produzca el cese de la actividad empresarial o profesional del deudor.

Se crea un nuevo capítulo III del título I y que se refiere a los concursos conexos regulando con más detalle la acumulación de concursos. En relación a las relaciones laborales se da nueva redacción al artículo 44.4 LC<sup>876</sup>. Se modifica la regulación de los efectos de la declaración de concurso sobre los contratos de trabajo, dando nueva redacción al artículo 64 LC y modificando el artículo 65 LC.

---

*lo justifique y aun cuando no concurren los supuestos mencionados en este artículo, podrá nombrar como administrador concursal acreedor a una Administración pública o a una entidad de Derecho Público vinculada o dependiente de ella.*

<sup>876</sup> Y en este sentido el artículo 44.4 LC establece que *cuando las medidas supongan la extinción, suspensión o modificación colectivas de los contratos de trabajo, incluidos los traslados colectivos, el juez actuará conforme a lo establecido en el art. 8.2º y **simultáneamente iniciará el expediente del art. 64.*** El subrayado es nuestro.



## APÉNDICE DOCUMENTAL



**[1] *Senatus sententia publicata per Ioannem Daza, die 28 Ianuarii 1610, in favorem Comitis de Alaquas.***

*Considerato demum, quod depositum pretii eiusdem domus factum die 16 Octobris 1567 fuit diminutum, etenim inter alia, penes se retinuit emptor quadraginta libras asserens, illas esse solvendas de ordine don Gasparis Aguilar, non expressa creditoris persona, nec constituto de credito, aut solutione dictae quantitatis, prout hactenus non constitit, eaque de causa cum secundum rationem naturalem scriptam in venditionibus Curiae non habeatur fides de pretio, nec trasferatur dominium nisi facto, vero, reali et integro deposito, dicendum est traditionem possessionis dictae domus factam dictae emptrici pariter fuisse nullam<sup>877</sup>.*

**[2] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 29 Maii 1610, inter Iosepham Sanchez, et de Arques viudam ex una, et Baltasarem Garcia ex alia.***

*Curia siquidem nequit habere fidem de pretio, et ita ante solutionem illius Curiae emptor non fit dominus rei vinditae. In venditionibus enim Curiae solo titulo non transfertur dominum, sed oportet deponere pretium illius, vel eius loco facere intratam, et exitam, subinde iuxta regulas rationis naturalis scriptae, fructus omnes, quos antea ex re vendita percipit, Curiae emptor tenetur in fortem imputare<sup>878</sup>.*

**[3] *Senatus sententia publicata per Ludovicum Dominguez, die 22 Novembris 1532, in favorem Francisci Pinyol Presbyteri, contra Ioannam Valero, et de Pico.***

*Cum ex dicta consignatione facta, fuerit quaesitum ius personale contra tunc conductores dictae domus, habentes causam ab ipsa consignante. Propterea his, et aliis atentis, pronuntiamus, et declaramus, venditionem dictae domus, et decretum de eam vendendo, de quibus agitur, fuisse*

---

<sup>877</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 1182. Caja. 43.

<sup>878</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 2367. Caja. 102.

*benefactum, et interpositum, et ab eis fuisse minus bene allegatas nullitates, et appellatum, atque etiam emparam praedictam ad instantiam praedictae Ionnae Valero in logeriis dictae domus, post dictam venditionem fuisse minus bene instatam, et factam et immo eam fore revocandam, prout cum praesenti revocamus, et cassus. Idcirco, et alias pronuntiamus, sententiamus, et declaramus dictum Ludovicum Vidal olim Cifre, dominum tantae partis praedicti censualis, eidem per dictam Curiam venditi, debere annuatim suis in terminis recipere a dicto Ludovico Vilanova, et suis, pensiones praedicta tantae partis correspondentes, non obstante praedicta cessione per dictum olim Ausiam del Boj quam nullatenus praedictae Curiae venditioni, et iuribus dicti Ludovici Vidal obstare pronuntiat et declarat<sup>879</sup>.*

**[4] *Senatus sententia publicata per Ioannem Daza, die 30 Octobris 1610, in favorem Iolantis Miralles de Colomina, contra Ioannem Noguera.***

*... non constat bona oblata in executione instat pro ... et vendita cum provisione seu decreto de vendendo facto, et provisio in curia Gubernatoris ... fuisse publice subhastata per tempus a foro praefixum, quod subhastationis solemnitas non praesumitur, ac illius defectus seu omissio curiae venditionem annullat. Idcirco et alias, conclusionem et deliberationem in Regio Consilio sumptam insequendo, pronuntiamus, sententiamus, et declaramus iam dictum decretum de vendendo fuisse, et esse nullum, ac nulliter factum et provisum<sup>880</sup>.*

**[5] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 24 Decembris 1609, lata in favorem Elisabethis Augustinae Foyos, contra Don Ianuarium Rabaça Perellos.***

*Attento insuper, quod cum tota dicta venditio, seu decretum de vendendo omnium dictorum fundorum, unico solo pretio, non discretim, et per diversa*

---

<sup>879</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Signatura. 1278. Caja. 47.

<sup>880</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Signatura. 3457. Caja 96.

*pretia facta fuerit tota dicta vendito, seu decretum de vendendo, tanquam individuum, et unico solo pretio factum, omnino corrui, et in nullo ex dictis fundis sustineri potest, cum unicuique, nec alicui eorum pretium certu, et adaptabile, in dicta venditione dari, vel tribui non possit*<sup>881</sup>.

**[6] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 24 Decembris 1609, in favorem Elisabethis Augustinae Fayos, et de Gensa, contra Don Ianuarium Rabaça de Perellòs.***

*Attento in super quod cum tota dicta venditio, seu decretum de vendendo, omnium dictorum fundorum unico solo pretio, non discretim, et per diversa pretia, facta fuerit tota dicta venditio, seu decretum de vendendo, tanquam individuum, et unico solo pretio factum, omnino corrui: et in nullo ex dictis fundis sustineri potest: cum unicuique, nec alicui eorum pretium certum, et adaptabile in dicta venditione dari, vel tribui non possit*<sup>882</sup>.

**[7] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 29 Octobris 1599, lata in favorem Martini Vaguena, contra don Iacobum Ferrer.***

*Verum est dicere, dictam venditionem factam fuisse cum pacto retrovenditionis, et illius virtute dictum locum recuperatum, quod sic revixerunt iura hypothecae, quibus per dictam venditionem erat renuntiatum, quasi resoluta prima venditione*<sup>883</sup>.

**[8] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 19 Maii 1601, in favorem Thomae Belda, contra Vicentium Ximeno.***

*Attento quod praenominatus Ximeno voluntari, et extra Curiam contraxit cum dicto Calabuig, instrumentum praedictum gratiae emendo ab illo, in eiusque locum succedendo, et sic non possit esse melioris conditionis, quam*

---

<sup>881</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Signatura 2233. Caja 45.

<sup>882</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Signatura 1256. Caja. 39.

<sup>883</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Signatura 2314. Caja 111.

*venditor ipse, et quod in viam iuris huiusmodi instrumenta gratiae, et modo quo venditionibus Curiae (...) extinctionem, et resolutionem venditionis Curiae inducere videntur in eventum, quo virtute illorum ad rem venditam rehabendam iudicium instituitur, signanter a domino, qui in effectu fuit ipse venditor, vel ab habente extra Curiam causam ab illo, unde hypothecae, et alia omnia lucra in re vendita reviviscunt proinde, ac si per Curiam res distracta non fuisset, et cessat fidantia salvitatis a foro inducta, et in consequentiam inutile foret remedium depositi, et cautionis extinctionis hypothecarum succedaneum, ut de se ipso praefatus Ximeno debebat conqueri, ac si ipsam rem emisset extra Curiam<sup>884</sup>.*

**[9] *Senatus sententia publicata per Ioannem Daza, die 1 Julii 1618, inter Syndicum Villae de Liria, et administratores Joannis Domenech.***

*... et attento quod per meritis processus non constat dictos administratores legitimam fecisse discussionem in bonis omnium obligatorum in dicto censu prout tenebantur iuxta formam a foris regni praescriptam ut hypothecaria contra tertium usus valeat.*

*Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Sacro Regio Consilio sumptam in sequendo pronuntiamus, sententiamus et declaramus instantiam factam pro parte dictum administratorum denire procedere nec remanere fundatum illamque reppellimus et neutram partium in expensis condemnamus sed pro bistractis executionem fieri mandamus<sup>885</sup>.*

**[10] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulm Alreus, die 2 Martii 1601, inter Jacobum Ferrer, et Don Ginesium Rabassa de Perellòs.***

*Attento quod ex tenore chirographi manu propria don Jacobi Ferrer Gerentis Vices Generalis Gubernatoris huius Regni Valentiae scripti fore primo mensis Julii anni MDLXXXV et ab eodem postea in hoc iudicio recogniti*

---

<sup>884</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Signatura 1314. Caja 85.

<sup>885</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 2350. Caja 230.

*constat causis et rationibus in eo contentis dictum don Jacobum promississe et se obligasse don Januario Rabaça de Perellos mille quingentas libras monetae regalium Valentiae unica interesse illis correspondentis ad rationem censualis sub conditione si infra triennium don Joannes de Arellano et domna Beatrix Fenollet coniuges et don Carolus de Arellano dictorum coniugum filius dictam summam praefato don Januario non soluissent. Et quod in viam iuris lapso dicto tempore et nondum soluta summa iure potuit et potest dicti don Januaris, recta via agere, adversus dictum don Jacobum Ferrer fideiussore etiam in discursis bonis don Joannis et don Caroli de Arellano ac domnae Beatricis Fenollet qui erant principaliter obligati nullaque dictorum obligatorum interpellatione premissa quoniam dicti lapsus satis interpellavit pro homine et quia dictus don Jacobus non est fideiussor indemnitate sed acceptus sub conditione si illi infra triennium non soluissent inter quas fideiussionum species longa differentia est. Et attento quod beneficium ordinis seu discussionis a jure et foro competens fideiussoribus qui pro alio simpliciter obligaverunt non datur fideiussori qui sub conditione promissit soluere, si alter ut videlicet non soluisset praesertim quando principalis reus debendi est absens a Regno seu Provincia ubi res agitur. Attento etiam quod oblatio verbus dictarum mille quingentarum librarum facta in hac civitate per don Carolum de Arellano praefato don Januario Rabaça de Perellos quamvis alias relevet ubi creditor sine iusta causa recusavit solutionem recipere tamen in ocurrenti casu dictum don Jacobum Ferrer fideiussori liberare non potuit nam praeterquam quod proponitur facta oblatio sortis dumtaxat absque usuris seu interesse illi correspondenti fuit etiam facta post triennium solutioni praefixum et sic tempore incongruo quam idcirco iuste potuit recusare dictum don Januarius. Attento praeterea quod etsi idem don Januarius per procuratorem suum convenerit in Regno Navarrae dictum don Carolum de Arellano pro eadem summa tamen non ideo minus potuit ac potest litem ab eo in praesenti civitate antequam illum conveniret cum fideiussore caeptam proseguere, quinimo etiam instituta prius lite cum dicto don Carolo propter illius absentiam, potuisset utrique pendente iudicio illo ad fideiussorem*

*redire. Denique attento quod dictus don Jacobus Ferrer petens quod suis sumptibus et periculo conveniatur ac discutiatur prius don Carolus de Arellano, audiendus non est cum dictum don Carolus sit absens a praesenti civitate et Regno atque ideo non ita facile possint conveniri et quia cum dictum don Jacobus obligaverit se sub conditione si principales debitores non soluissent, et in diem mortis don Ludovici Ferrer quondam patris suis id verissimiliter inter partes actum videri debet ut protinus illis non solventibus intra dictum tempus, mortuoque don Ludovico, dictis don Jacobus solveret absque ulla mora. Et attento quod quamvis dictus don Januarius ob non solutam ei dictam summaque fuerit passus interesse cambiorum per eum acceptorum tamen quia iuxta verba chirographi supradicti non potest petere a dicto don Jacobo Ferrer fideiussore nisi interesse tantum annui redditus vel censualis iusta forum civitatis et Regni<sup>886</sup>.*

**[11] *Senatus sententia publicata per Ludovicum Cases, die 23 Octobris 1630, inter Ferdinandum Blandy, et Baptistam Escales.***

*Quia Ferdinandum Blandon de Mezquita supplicatione per eum oblata die 28 mensis proxime dimissi supplicavit condemnari Joannem Baptistam Escales et Leandrum Escales eius filium in solidum vel quemlibet eorum ad solvendum ei novem mille sexcentas sex dragmas beticas sive reals castellans ut vulgo dicit en plata doble virtute cuiusdam chirographi facti et firmati per dictum Leandrum Escales suo et patris nomine in villa Madriti die 31 mensis maii 1629 pro executione instrumenti per eos firmati apud Franciscum Perez notarium huius civitatis die 16 Julii 1628, et alia supplicatione oblata die tertii martii interesse sibi deberi dictarum quantitatum ob retardatam solutionem a die motae litis contendit petens dictos reos ad illum solvendo etiam condemnari prout latius in praefatis supplicationibus continetur quam instantiam et condemnationem minime procedere pro parte dicti Baptistae Escales fuit praetendi ex multis in hac*

---

<sup>886</sup> ARV, Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 4402. Caja 50.

*lite deductis et praecipue eo quod ipse tamquam fideiussor sui filii non potest principaliter non excusso filio conveniri et quod rationes cum filio calculata (ex quibus quantitas in qua instat condemnatis procedit) nocere non possunt cum ad eas non fuerit convocatorum et atento quod in praefato instrumento recepto per Franciscum Perez dictorum Joannes Baptista Escales et Leandrus eius filius simul et in solidum promisserunt et se obligarunt praetextu domus comissionis quam dictus Leandrus habet in dicta villa Madriti reddere bonum et legale computum omnium merituim (sic) remissarum ... Id vero et legitimo credito illius in praefata quantitate ad illius quod solutionem in solidum causis praedictis et alias dictum Baptistam teneri cum in solidum obligatus reperiat non ut fideiussor tantum et sic nulla est necessaria secundum iuris sanctiones excussio maxime attentis verbis de plano et stylo inter mercatores observato et residuum calculatum cum eius filio tamquam in solidum obligatio nocet absque eius aliqua convocatione ....<sup>887</sup>.*

**[12] *Senatus sententia publicata per Ludovicum de Berbegal, die 13 Iulii 1601, in favorem Iosephi Orumbella militis.***

*Attento quod quamvis prohibitio alienandi non comprehendat alienationem necessariam, maxime, quae fit ob aes alienum prohibentis, tamen hoc declaratur procedere fraude, et dolo cessantibus ...*

*Et in viam iuris pro parvo debito non potest res magni valoris vendi, maxime extantibus aliis bonis pro ut hic extare constat, ex quorum pretio potuit eis solut.*

**[13] *Senatus sententia publicata per Michaellem Ferrera, die 28 Januarii 1665, in favorem Domnae Antoniae Arte, et de Roca, et contra Don Antonium Ramirez.***

*Quia Iosephus Montessinos notarius procurator Domnae Antoniae Artes et de Roca viduae jutricis et curatricis Marci Joannis Aguilera olim Don*

---

<sup>887</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 1804. Caja 200.

*Vicentii Roca et Artes supplicatione posita die 6 mensis Julii anni 1663 deduxit syndicum civitatis Dianii in causa executionis, quae ad instantiam dictae jutricis contra dictam civitatem ducitur in hac Sacra Regia Audientia pro pensionibus census sortis septingentarum et quinquaginta librarum recidentis in vinculo seu fideicommisso per Marcum Joannem Aguilera instituto, quod nunc possidet dictus minor, exhibuisse Regium decretum in eadem Regia Audientia obtentum per Don Franciscum Ludovicum Roca quod eiusdem fideicommissi possessorem ad effectum alienandi supradictum censum, prout illum venditit et alienavit in favorem Don Antonii Ramirez de Arellano: dictumque Decretum esse nullum, cum fuisset provissum sub praetextu quod dictus don Franciscus Ludovicus ad nubenam Domnam Franciscam Roca eius filiam cum Don Crisanto Sorell Comite de Albalat plures necessarias nuptialis impensas fuisset, quarum solutioni minime satisfacere poterat, nisi ex bonis dicti fideicommissi, quia bona aliqua paterna non habebat ... Et attento quod de instrumentis et documentis in processu exhibitis pro parte dictae Domnae Antoniae Artes, et praecipue ex transportatione bonorum per dictum Don Franciscum Ludovicum Roca dicto Comiti del Albalat in instrumento recepto per Josephum Miravet notarium die 20 Maii 1654 in solutum partis illarum decem mille librarum dotis dictae Domnae Franciscae per dictum eius patrem praedicto Comiti constitutae instrumento recepto per Baptistam Feliu notarium primo die Decembris 1652 clare liquet, dictum don Franciscum Ludovicum, tempore quo obtinuit dictum Regium Decretum plura bona libera habuisse tam sua propria quam dictae Domnae Franciscae de quibus dictae impense nuptialis solvi potuerunt, quo in cassus bona fideicommissi, praesertim illorum alienatione expresse prohibita, ad similis impensas distrai non possunt, cum fideicommissorum bona tantum in subsidium teneantur, et sic dictum Decretum nulliter impetrat (...) decretum venit. Ideo et alias deliberationem et conclusionem in Sacro Regio Consilio sumptam insequendo pronuntiamus, sententiamus et declaramus dictum Regum Decretum fore et esse annullandum, prout illud annullamus et revocamus et consequenter declaramus venditionem dicti census factam praenominato Don Antonio*

*Ramirez roboris esse, pensionesque dicti census in antea decurrendas soluendas esse, ut solui iubemus dictae Domnae Antoniae Artes nomine quo agit, et pariter decursas a die obitus dicti Don Francisci, exceptis illis, quae iam solutae fuerunt per dictam civitatem ante litem mortam quia est bona fide, et agnoscendo auctoritatem dicti Regii Decreti persoluit, etiam in eis absolvimus dictam civitatem, et illos repetat dicta jutrix a Don Antonio Ramirez, in quibus illum condemnamus. Reservato demum iure dicto Don Antonio contra haeredes dicti don Francisci Ludovici ibi quod competit ad recuperandum pretium venditionis dicti census, et neutram partem in expensis condemnamus<sup>888</sup>.*

**[14] *Senatus sententia publicata per Ioannem Daza, die 14 Junii 1622, inter Jacobum Boil, et Joannem Ivañez.***

*Et attento quod etsi praelibatus Osca ex persona Cosmae Ximeno minoris haberet creditum contra Baptistam Ximeno eius fratrem in quantitate contenta in sententia contra illum lata in causa redditionis computorum tutela et cura praedicti Cosmae per memoratum Baptistam administratae, et constaret prout de hoc legitime constat quod bona qua intenduntur hypothecari tempore et post acceptationem dictae tutelae et curae fuissent dicti quondam Baptistae Ximeno, quia tamen ex processu manifeste resultat nec negari potest per partes Joannem Ximeno fratrem dictorum Baptistae et Cosmae minoris etiam fuisse tutorem et curatorem illius una cum dicto Baptista quo in casu quia in viam juris omnes curatores tenentur in solidum executio non solum in bonis dicti Baptista verum in bonis pariter dicti Joannis facienda erat antequam deveneri posset contra tertios bonorum possessores, unde cum non constet de hac discussione licet pluries sit oppositum per dictos reos conventos, nec praeterea de legitima discussione in omnibus bonis dicti Baptistae cum ad huc constet extare et recadere in eis quoddam debitorium proprietatis tercentarum librarum necessario dicendum est minime procedere posse dictam hypothecariam ex defectu*

---

<sup>888</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 3731. Caja 314.

*legitime discussionis non factae quae necessario requisitur iuxta foros Regni in omnibus obligatis et alias de iure ut tertius in bonis quae fuerint hypothecantis vexari vel molestari valeat*<sup>889</sup>.

**[15] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 30 Octobris 1627, inter Magdalenam Ochoa, et Christophorum Liñan.***

*Attento quod praesens causa et petitionis hypothecariae institutae per Magdalenam Ochoa uxorem Josephi Ruiz de Cascant in Curia Justitia in civilibus praesentis civitatis die 10 mensis decembris anni 1621 et postea ad illius petitionem supplicationem oblata die 11 Julii 1623 ad hanc Regiam Audientiam evocata versus Christophorum Liñan uti detentorem medietatis altrii ubi sita et Curiae Regiae Audientiae civilis vulgo appellata (la Cort formada) et domus parvae constructae sub dicta Curia in dicta petitione memoratae pro quantitate causis et rationibus in ea latius expressis, in cuius justificationem inter alia exhibuit condemnationem provisam per dictum Justitiam versus iam nominatum Josephum Ruiz de Cascant die 27 Januarii anni 1621 et aliam provisionem per eundem Iudicem factam die 28 subsequentis mensis octobris cum qua declaravit esset casum transeundi ad tertios bonorum possessores, a quibus provisionibus dictus Liñan interposuit appellationes et in hanc Regia Audientia introduxit et precedentibus provisionibus per auditorem causae factis diebus 23 Martii et 23 Augusti 1624 fuerunt ad instantiam dicta Magdalena cum praesenti causa cumulata nec non etiam oppositum fuit per dictum Liñan non esse legitime discussa bona dicti Cascant cum ad huc remanere contendant in illius bonis proprietatis duorum violariorum aliud proprietatis quinquaginta duarum librarum et decem solidorum aliud vero sexagintarium librarum receptorum per Marcum Antonium Sancho quondam in instrumento diebus 29 Januarii et 9 Aprilis 1604 nec non alia bona adnotata in actu componendo per illum facto die 3 Maii 1625. Et*

---

<sup>889</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 3155 . Caja 235.

*attento quod in justificationem dictarum appellationem pro parte dicti Liñan non sunt deducta ostensa neque allegata talia propterque praefactae provisiones debeant revocari imo utriusque processus meritis attentis illa sunt iusta et rationi conformes praemaxime cum non constet de existentia dictorum bonorum sed tantum de proprietate dictis violarii quinquaginta duorum librarum et decem solidorum quae quantitas non est suficiens ad solvendum creditum dictae Magdalenae quod est octogentarum quadraginta quatuor librarum decem et octo solidorum, et quod testibus et instrumentis in processu productis et ipsius meritis acurate perpensis dicta petitio deficienter remanet justificata, et quod pro parte dicti Liñan non sunt deducta neque allegata talia propter quae veniat declarandum aliter quam prout infra<sup>890</sup>.*

**[16] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 21 Februarii 1622, inter Syndicum de Zaydia, et Annam Sanz.***

*... fuit facta oblatio tamquam bona dicti Petri Sanz de quodam censu proprietatis tercentarum librarum et pensionis annuae viginti duarum librarum onerato per Laurentium Roig Angelam Garcia coniunges et alios instrumento recepto per Gasparem Cid notarius die 14 Augusti anni 1600 petendo ut praecedentibus solemnitatibus a iure et foro requisitis censuale praedictum pro solvendis eidem conventis dictis centum triginta sex libris terdecim solidis et decem denariis plus danti et offerenti venderetur; adversus quam executionem et ad effectum impediendi dictam praetensam venditionem Ioannem Muñoz notarius procurator Annae Sanz, petita prius revisione provisionis divissionis dictae oblationis cum actu comparendo facto die 20 decembris anni proxime lapsi, postea cum supplicatione oblata die 3 Ianuarii labentibus anni, se opposuit proprietarie in dicto censu, contendendo illud esse proprium dictae Annae Sanz, eiusque titulo particulari legati pertinuisse ex testamento praenominati Petri Sanz illius patris recepto per Jacobum Ionnaes Pons notarius die 19 decembris anni*

---

<sup>890</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 12430. Caja 99.

1612 et publicato die 20 eiusdem et sic non posse procedi ad ulteriora in dicta executione saltem respectu dicti census: Et quamvis non dubitetur inter partes dictum census legatum fuisse dictae Annae Sanz, quia tamen in bonis et hereditate memorati Sanz nulla bona recadunt, constatque illam esse legitime discussam, quo in casu legatarii tenentur solvere debita defunctis testatoris, creditoris iuxta foros regni et alias de iure possunt in solutionem suorum creditorum ipsas rebus legatas vendere et distrahere, sicque iure optimo per dictum conventum pro exactione dictarum quantitatum sibi debitarum per eundam Sanz testatorem deveniri potest ad venditionem dicti census quamvis legati dicti Annae Sanz, absque eo quod necesse sit discutere alios conobligatos dicti Sanz, cum legatarius in occurrenti casu et haeres in re legata reputetur, et non ut tertius et singularis successor, et ita nullo modo potest impedire dicti census oblatio et venditio. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Consilio sumptam insequendo pronuntiamus et declaramus dictam oppositionem proprietariam positam per dictam Annam Sanz minime procedere sed de iure locum habere et consequenter quod ea non obstante nec dicta revisione procedatur et procedi possit in executione oblatione et venditione dicti census non obstantibus in contrarium deductis et allegatis et neutram partium ex causa in expensis condemnamus<sup>891</sup>.

**[17] Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 24 Decembris 1631, inter creditores oppidi de Benafer.**

Quia in praesenti causa controvertitur inter plures creditores universitatis et singularum personarum oppidi de Benafer respective super distributione illarum quatuorcentum septuaginta unius librarum quindecim solidorum et septem denariorum de quibus fecit depositum in Tabula numularia urbis die 30 Augusti 1628 Vincentius Sanz Cutanda civis ad nomen dictae universitatis et singularium illius per Curiam venditorum regio decreto publicato per Franciscum Paulum Alreus Regium Scribam mandati die 16

---

<sup>891</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 10695. Caja 88.

Novembris 1606. Et circa dictam distributionem contendunt Primo Syndicus Cleri Ecclesiae Parrochialis divi Andreae huius civitatis qui ante decretum de vendendo se opposuit ... Secundo domna Maria Neunis ... ante dictum decretum se opposuit ... Tertio Syndicus Capituli at Canonorum Sedi Segorbicensis qui se opposuit ... vigore diversorum censum de quibus in dicta supplicatione fit mentio quarto don Alexander Vitalis de Blanes et domna Agnes Sancho fratres vigore crediti memoriali ... et quinto domna Francisca Gamir quae se opposuit ... Et attento quod licet de creditis omnium dictorum oppositorum legitime constet ex instrumenti per eos respectivo exhibitis. Attamen quia in hac causa non fuit facta discussio bonorum dicti universitatis et particularium illius, ideo non potest agi de praelatione et graduatione aliqua inter dictos oppositores, quinimo iuxta Regis Audientia quantitas in dicto deposito contenta venit primo dicti Cutanda inter creditores qui ante dictum decretum de vendendo se opposuerunt et hoc pro solido et libra est si quid supererit inter alios creditores qui post decretum venerunt ad causam. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Consilio sumptam insequendo pronuntiamus et declaramus graduationem creditorum in dictis quantitibus depositi pro nunc locum non habere, sed quod illae inter creditores qui ante decretum de vendendo se opposuerunt divitantur et distribuuntur prout cum praesenti distribui mandamus, pro solido et libra secundum mensuram creditorum unius cuiusque liquidatione reseratu. Et si quid supererit es dicto deposito debent distribui inter creditores qui post dictum decretum se opposuerunt etiam pro solido et libra et hoc declaramus non obstantibus in contrarium praesentis et neutram partium in expensis condemnamus sed pro bistractis fieri executionem iubemus<sup>892</sup>.

**[18] Senatus sententia publicata per Ludovicum Berbegal, die 17 Novembris 1599, in causa graduationis creditorum Alguazirii Gamir.**

*Et quia tam dictus Michaël Prats Medicinae Doctor, dicto curatorio nomine, quo in causa intervenerat, quam etiam Franciscus Banyeña,*

---

<sup>892</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 13711. Caja 106.

*nominiibus quibus in processu, partem fecerunt in hac causa, in executione ante decretum de vendendo molendinum, et terras, de quorum tertii distributione agitur, concurrente, et instando pro satisfactione suorum respectivae creditorum, in illa hactenus (...) facta discussione legitima bonorum principalis debitoris. Ideoque iuxta communem et receptum stylum, non est inter illos locus graduationi, sed concursui, pro solido, et libra, etiam respectu proprietatum censualium, specialiter impositorum super dictis rebus venditis, cum eo ipso, quod ad ipsas actum fuit, venditioni specialis obligationis consentiendo, et adhuc illam curando, et instando, non possit amplius in pretium, saltem ad effectum praelationis, quo ad alios creditores hypothecaria exerceri, ex huiusmodi speciali hypotheca: sed omnium creditorum in hoc par sit conditio concurrendi in eo, in quo pariter laboraverunt. Qua propter, et alias deliberationem in Regio Consilio factam insequendo, providet, non procedere, nec locum habere in hoc casu supplicatam praelationem inter dictos creditores, nec ex anterioritate creditorum, nec etiam ex privilegio asserto specialis obligationis, sed omnes pariter esse admittendos, pro ut admitti mandat in distributione pretii dictorum bonorum venditorum, penes tabulam cambiorum existentis, per solidum, et libram<sup>893</sup>.*

**[19] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 23 Augusti 1624, inter Domnam Joannem Pallas, et Domnam Paulam Muñoz.***

*Attento quod in actione hypothecaria intentata per Don Joannem Pallas seniozem dominum qui dicebatur Baroniae de Cortes versus Paulam Muñoz et de Solea de domo et terris in ea memoratis et post mortem dicti don Joannis prosecuta per don Joannem Pallas iuniozem eius filium et haeredem constat de omnibus requisitis a iure et foro ut illa obtinere valeat, et quamvis pro parte dictae domnae Paulae fuit appellatum a provisione discussionis bonorum Don Joannis Tolça haeredis Domnae Marinae Artes et*

---

<sup>893</sup> A.R.V. Sig. 4003. Caja 234.

*de Tolça facta in curia Gubernationis urbis et regni et praetensum in hac Regia Audientia ubi fuit dicta appellationis causa introducta et cum hac cumulata non esse legitime discussa bona dicti Don Joannis cum adhuc in bonis illius recaderunt censualia memorata per praefatam domnam Paulam et alia omnia quae in inventariis per illam exhibita in processu continentur. Caeterem attento quod nec de titulis dictorum bonorum constat nec illa esse clara et exempta in quibus libere possit fieri executio pro residuo crediti dicti don Joannis, et quod alia deducta per illam non sunt talia propterque non debeat declarari ut infra. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem in Regio Consilio factam insequendo pronuntiamus et declaramus dictam demandam sive petitionem procedere et de iure locum habere et consequenter condemnandam fore et esse prout cum hac Paulam ad dimitendam dicto Don Ioanni possessionem dictarum domus et terrarum ut eas teneat et possideat donec et quo usque de fructibus illarum sit plene solutus et satisfactus de suo credito et neutram partem in expensis condemnamus<sup>894</sup>.*

**[20] *Senatus sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus, die 12 Aprilis 1619, inter Don Michaellem de Borja, et Domnam Elisabethem Clara Micó.***

*... Et attento quod quantumvis censualia quae espondent domini Maurorum expulcorum sint iuxta praesentis temporis statum multo minoris valoris quam antea erant nec stimari possint secundum illorum sortem et proprietatem non tamen ex inde infertur nec dici potest illa esse litigiosa et liquida videantur saltem regulato valore illorum intantumdem dictarum pensionis sive partis earum: ex quibus sane liquet prius per dicta bona transecundum fore exequique ea debere et distrahi eo pretio quo vendi possint quam sit locus et casus transeundi contra bonorum possessores et quod proparte saepe nominate Elisabeth Clara Micó non sunt deducta nec ostensa talia propterque non debeat declarari ut infra. Idcirco et alias*

---

<sup>894</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 11526. Caja 93.

*deliberationem et conclusionem Regio Consilio sumptam insequendo pronuntiamus, sententiamus et declaramus dictam hereditatem et bona praedicta domnae Joannae Corbera adhuc non esse discussa et consequenter non esse locum transecundi contra dictum don Michaellem nec alius tertius bonorum possessores previas dicussiones sine provisio non factas per dictum gubernatorem revocando et annullando sicuti praesenti revocamus non obstantis in contrarium deductis et neutram partem in expensis condemnamus<sup>895</sup>.*

**[21] Senatus sententia publicata per Michaellem Ferrara, die 22 Junii 1654, in favorem Joannis Francisci de Villena Jurisperiti Doctoris, et contra Vicentium Salvador.**

*Et quia Joannes Franciscus de Villena iuris peritus supplicatione oblata die quinta anni 1651 ... Foelicem Monsó militum etiam Regii mandati scribam uti haeredem Ludovici Salvador condemnatum fuisse ad dandum et solvendum octogentas et sexaginta unam libras sex solidos et undecim denarios simulcum interesse usque ad diem realis et effectivae solutionis dicto Doctoris Villena, cumque ut ille ait, pro executione dictae Regiae sententiae in rem iudicatam transactae oblationem fuerit cuiusdam domus in lite descriptae, a dictoque Monsó tunc et nunc in habitatae, plures creditores dictis executionis et oblacioni se inmiscuerunt, ... ut re ipsa constat, esse non potest, quod et corroboratur ex eo quod dictus Foelix Monsó praedictam domum et alia bona sua in manus Regias dimissit et relaxavit, eorum sequestrum concedi supplicans alimentaue ei uti militi debitor et taxari sperans, et provide dictus Doctor Villena in exactione dictis quantitatis desperatus existeret, nisi extaret praedium rusticum plura iugera seu cafficiatas terra comprahendes in lite descriptum, quod legatum fuit per dictum Ludovicum Salvador dicto Vicentio Salvador eius filio spureo et consequenter iuxta forum indigno, quod et vendendum esse ut dicto Doctori Villena, Don Raimundo Sanz de la Llosa, ... eiusque et dicti*

---

<sup>895</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 9856. Caja 84.

*creditoribus et in hac lite virtute variarum oppositionum admissarum partem facientibus, plene et ab integro satisfiat, non praeceps desiderat, immo et tranquillus contendit, ea minimum, aliis ommissis, quod quando bona haereditaria vel haeredi relicta ad esalienum (sic) per deffunctum testatorem contractum refundendum non sufficient, tunc iuxta forum res legata ad satisfaciendum creditoribus haereditariis alienandae seu vendendae sunt. ... ut infra decem suas experirentur actiones contra dictum Monsó haeredem dicti Ludovico Salvador, ita ut si ille terminus lapsus esset, et conventio iudicialis facta non fuisset, aditus ad agendum in dictum legatarium creditoribus praeluderetur, et de eo quod temporeque in tantia praedicta per doctorem Villena et alios iam nominatos creditores mota et suscita fuit Felix Monsó bona sua et dicta haereditatis non fuit, quod previsse necessarium est, ut remedium subsidiarium creditoribus competens contra legatarios pro debitis a deffuncto non solutis de iure foro procedat, ut latius in lite deductum est. ... et ita hac comminatione petita et provissa dictus Vicentius Salvador, quando aliquod ius virtute dictae Regia sententiae, et iussionis de actiones, ut dictum est, experiendo contra praedictum haeredem adquisierit, ab illo, per actum contrarium proculdubio recessit, non enim haeredem convenire, ut a legatario debita haereditaria non solvantur, et credita justificare contra legatarium, ut ab eo debita deffuncti repetantur, et quamvis sequestrum et alimenta dicto Foelici Monsó concessa non fuissent ... et in hoc Regio Senatu preiudicatum fuit, et ita luculenter apparet secutum et probatum esse causam subsidii, hoc est haeredem sive haereditatem dicti Ludovici Salvador exhaustam et non solvendo esse, quo illius debita ex dicto praedio rustico et terris legatis dicto Vicentio Salvador soluenda et satisfacienda sunt. Idcirco et alias deliberationem et conclusionem Regio Consilio sumptam insequendo pronuntiamus, sententiamus et declaramus instantiam factam per dictum Joannum Franciscum de Villena ... et per coeteros litis consortes creditores procedere et de iure locum habere, et consequenter dictum praedium rusticum legatamque dictum Ludovicum Salvador dicto Vicentio Salvador illius filio spureo, et terras in legato comprehensas, vendendum et*

*vendendas esse ad opus soluendi et satisfaciendi dicto doctori Villena et coeteris creditoribus dicti Ludovici Salvador, ut cum praesenti publice et subhasta vendi mandamus, et neutram partem in expensis condemnamus*<sup>896</sup>.

**[22] *Senatus sententia publicata per Michaelem Ferrera, die 2 Octobris 1685, in favorem Canonici Hieronymi Barbera Generosi, et contra Joannem Baptistam Sanz de Geta.***

*... Joseph Sanchis notarium quondam Joannis Baptistam Sanz qui appellationem interposuit a provisionem obtensa per dictum Canonicum in Curia dicti Baiuli generalis die 5 Aprilis dicti anni 1682 qua fuit decisum esse locum transecundi contra tertios bonorum possessores dicti Don Ignatii, et ab aliis provisionibus ante eam obtentis et introduxit in hac Sacra Regia Audientia atque cumulata cum dicta petitione hypothecaria regia provisiones diei 2 septembris anni 1683 aserit dictas provisiones fore revocandas nam in discussione non fuit observata forma a foro prescripta ... et non constituto de legitima discussione inventarii vulgo de salida indubium esse eiusmodi confessionem non posse inferre pro iudicium dicto Joanni Baptista Sanz tertio possessori quod fomentum capere ait ... Attento denique quod de credito agentis non dubitatur immo manet comprobatum et quod non adest probatum per dictum Ioannem Baptistam Sanz dictum Onofrum possidere aliqua bona haereditatis dicti Don Ignasii Sanz in quibus volebat fieri executio ad exigendas dictas quantitates. Ideo et alias conclusionem et deliberationem in Sacro Regio Consilio sumptam insequendo pronuntiamus, sententiamus et declaramus mali appellatum a dictis provisionibus per dictum Joannem Baptistam Sanz, et bene iudicatum per dictum Baiulum generalem easque fore et esse confirmandas prout cum praesenti confirmamus, dictam petitionem hypothecariam de jure procedere et justificatam manere et consequenter condemnandum fore et esse ut cum praesenti condemnamus dictum Joannem Baptistam Sanz diruitere et*

---

<sup>896</sup> ARV. Sentencias de la Real Audiencia. Sig. 1524. Caja 302.

*relinquere vacuam possessionem dictam domus, et terrarum, easque adiudicamus dicto canonico Hieronimo Barbera, ut illas possideat quousque ex illarum fructibus sit solutus, et plenarie satisfactus de dictis quantitatis, et partem neutram in expensis condemnamus*<sup>897</sup>.

